



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Fouillon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

I. Bonitas voluntatis ex natura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)



BONA VOLUNTAS  
OPTIMÆ CONSENTIENS

SEU

DE SEQVENDO IN OMNIBVS DVCTV  
PROVIDENTIAE DIVINÆ.

---

PRO O E M I U M.

*Quæ sit bona Voluntas?*

I.  
Bonitas  
voluntatis  
ex natura.

**N**ATVRÆ conditor, qui omnia fecit non tantum bona, sed etiam bona valdè, bonum etiam inter illa corporeorum omnium dominum hominem condidit; bonam illi vitam donavit, quâ vegetaretur; bonos sensus, quibus uteretur; bonam mentem, quâ tum cætera regeret, tum ipse ad D E I arbitrium regeretur. *Fecit enim Deus hominem rectum*, vel Salomone

A.

testē,

U  
x  
n,  
ne  
us  
if  
NI  
ho  
na  
tre  
IO  
tus  
li  
lis  
  
IS.  
  
JA

## 2      BONA VOLUNTAS

teste, Eccl. 7. Nec primum modò hominem rectum fecit, ante quam pluisset super terram, purissimis primævæ justitiæ atque innocentia fontibus irrigatam: verùm post fœdos ac lutosos peccati imbræ, admisssâ inobedientia maculâ, in universam Adami posteritatem transiturâ, mansit tamen quædam naturæ humanæ rectitudo, menti perfectio, voluntati bonitas. Neque enim magistra humanæ mentis voluntas, etsi ex se post peccatum divinis præfidiis destituta, libertatis tamen jacturam fecit. Habet etiamnum optionem contrariorum, & sui suorum quæ domina est. Potest ad arborem scientiæ boni ac mali manus intelligentiæ, vel appetentiæ, extendere, potest continere. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi, Eccli. 15.* Etsi constet, post peccatum ab arbore vitæ prohibitam esse voluntatem: quia bonum, absque singulari Numinis auxilio, nec semper potest, nec diu, neque utiliter ad vitæ æternæ consecutionem amplecti.

II. No-